



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 103. Decretum Synodi silentium imperantis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. per deliberabant, hocque negotium in
A.C. 1415. fessione sequenti terminandum, & saltem
 primam propositionem, presso cuiusvis
 nomine, damnandam esse decernebant.

§. CII.

Sessio decima quinta.

Lalbe Conc. **D**ie decima sexta Julii hæc sessio, ordi-
to. 12. f. 121. ne decima quinta, habita est; Car-
 dinalis Vivariensis more solito ei præfuit,
 præfente quoque Imperatore. Archiepis-
 copus Gnesnensis sacrum fecit, Episcopo
 Laudensi orationem dicente in hæc ver-
 ba D. Pauli ad Rom. 6. v. 6. *Ut destrua-
 tur corpus peccati.* Qua finita Archiepis-
 copus Rigensis Joannem Huffum e suo
 carcere traxit, Concilio præsentandum,
 coram quo per quatuor Episcopos Natio-
 num deputatos, & unum Auditorem Ro-
 tæ sistebatur, ut ad decretoriam conde-
 mnationis sententiam procederetur.

§. CIII.

*Decretum Synodi silentium impe-
 rantis.*

Ibid. p. 122. **A**ntequam Judicii acta perlegerentur,
 & sententia pronunciaretur, Episco-
 pus Concordiensis legit decretum, quod
 præcepit *sub pæna excommunicationis latœ
 sententiæ, quam contravenientes incurrerent
 ipso*

ipso facto, & sub pæna carceris duorum Sæcul. XV.
 mensum, ne aliquis cujuscunque status, au- A.C. 1415.
 thoritatis &c. etiamsi Imperiali, Regali,
 Cardinalatus, Archiepiscopali, aut Episco-
 pali præfulgeat dignitate, ipsam sessionem
 seu pronuntiantes aut loquentes in ea per-
 turbet, aut quemvis strepitum faciat. Eo-
 dem quoque decreto prohibitum fuit, ne
 quis clamare, contradicere, aut etiam sur-
 gere, defensare præsumat, nec impedit, aut
 quemvis strepitum voce vel manibus vel pe-
 dibus faciat, uno verbo nihil agat, quod
 sessionem impedire valeat, imo nec alta
 voce loqui audeat, nisi ad hoc sit per ipsam
 sanctam Synodum deputatus.

§. CIV.

Joannes Hussus coram toto coetu.

Lecto hoc Decreto Henricus de Piro *Ibid. p. 122.*
 Concilii Promotor, atque Procurator
 surrexit proponens, qualiter Articuli præ-
 dicati atque edicti per Joannem Hussum in
Bohemiae Regno & alibi, essent hæretici, se-
 ditiosi, captiosi, aurium piarum offensivi
 proin a tota Synodo Constantiensi condem-
 nandi, librique, ex quibus essent extracti, i-
 gne comburendi. Qua propositione facta
 quinquaginta octo Articuli ex Wiclefi li-
 bris decerpti legebantur, quorum nonnul-
 li erant diversi ab iis, quos supra indi- *Vid. sup.*
 cavimus. His ergo articulis denuo dam- §. XXVIII.
 natis